

ex Iacob factus est Israel. Quid est Israel? ‘Videns deum’. Ubi videbit deum? In pace. In qua pace? Pace Ierusalem, quia POSUIT inquit FINES TUOS PACEM. Ibi laudabimus, omnes unus in uno ad unum erimus, quia deinceps multi dispersi non erimus.

35

## IN PSALMUM CXLVIII

### *Sermo Hippone Regio habitus tempore post Pascha*

(1.) Meditatio praesentis vitae nostrae in laude dei esse debet, quia exsultatio sempiternae futurae vitae nostrae laus dei erit, et nemo potest idoneus fieri futurae vitae, qui non se ad illam modo exercuerit. Modo ergo laudamus deum: sed et rogamus deum. Laus nostra laetitia habet, oratio gemitum. Promissum est enim nobis aliquid quod nondum habemus, et quia verax est qui promisit, in spe gaudemus; quia tamen nondum habemus, in desiderio gemimus. Bonum est nobis perseverare in desiderio, donec veniat quod promissum est, et transeat gemitus, succedat sola laudatio. Propter haec duo tempora: unum quod nunc est in tribulationibus et tentationibus huius vitae, alterum quod tunc erit in securitate et exsultatione perpetua. Instituta est nobis etiam celebratio duorum temporum, ante pascha et post pascha. Illud quod est ante pascha, significat tribulationem in qua modo

---

32 videns deum] *cf.* Hier. nom. hebr. 13,21; 63,22; 74,15; 76,20 (Lagarde)

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   $s_2$   
 $K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 1, 1 meditatio] *inc.*  $K$

---

33 pace<sup>3</sup>] pacem  $F_2 \delta U \varepsilon Y P_6$  34 ad] et  $P_{23} Y$  35 non *om.*  $C_1 P_7$

**In ps. CXLVIII.** *Titulus*: explicite tractatus de psalmo cxlviii incipit abitus ipponi regio de psalmo cxlviii  $P_5$  1, 2 sempiterna  $\gamma_1 D$  | nostrae vitae *tr. lo ma* 6 enim *om.*  $\alpha$  8 nobis *om.*  $C_1 P_7$  10 unum] est *add.*  $\varepsilon$  | in tentationibus et tribulationibus *tr. lo ma* 11 huius vitae et tentationibus *tr.*  $P_{23} Y P_5$  huius *om.*  $U$

15 sumus; quod vero nunc agimus post pascha, significat beatitudi-  
 nem in qua postea erimus. Ante pascha ergo quod celebramus,  
 hoc et agimus; post pascha autem quod celebramus, significamus,  
 mi 1938 nondum tenemus. Propterea illud tempus in ieiuniis et orationi-  
 bus exercemus; hoc vero tempus relaxatis ieiuniis in laudibus  
 20 agimus. Hoc est enim ALLELUIA, quod cantamus, quod Latine  
 interpretatur, ut nostis, 'Laudate dominum'. Ideo illud tempus  
 ante resurrectionem, hoc tempus post resurrectionem domini est,  
 quo tempore significatur vita futura quam nondum tenemus,  
 quia quod significamus post resurrectionem domini, tenebimus  
 25 post resurrectionem nostram. In capite enim nostro nobis utrum-  
 que figuratum est, utrumque demonstratum est. Passio domini  
 ostendit nobis vitam praesentis necessitatis, quia oportet et labo-  
 rare et tribulari et ad extremum mori; resurrectio vero et clarifi-  
 cc 2166 catio domini ostendit nobis vitam quam accepturi sumus, cum  
 30 venerit retribuere digna dignis, mala malis, bona bonis. Et qui-  
 dem modo mali omnes cantare nobiscum possunt ALLELUIA. Si  
 autem in malitia sua perseveraverint, canticum vitae nostrae futu-  
 rae labiis dicere poterunt, ipsam vero vitam, quae tunc erit in ea  
 veritate quae nunc significatur, obtinere non possunt, quia nolue-  
 35 runt meditari, antequam veniret, tenere quod venturum erat.

(2.) Nunc ergo, fratres, exhortamur vos ut laudetis deum; et  
 hoc est quod nobis omnes dicimus, quando dicimus ALLELUIA:

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   $s_2$   
 $K$  (exc.)  $P_{23}$  *Caes.* *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 22 est] *des. K* 23 signifi]catur *inc. s\_2* 28 resurrectio] *inc. Caes.* 2, 1 nunc]  
*inc. K*

---

17 et *om.  $\pi$ , exp.  $U^1$*  | significamus] quod *add.  $\varepsilon \gamma_1 \zeta ma$*  20 agemus  $\delta$   
 25 utrumque figuratum est *om.  $\pi$*  27 \*qua  $U s_2 \varepsilon \zeta P_{23}$  | et *om.  $ma$*  30 et  
 quidem] \*equidem  $\delta U s_2$  33 poterunt dicere *tr.  $\gamma_1$*  | potuerunt  $\delta s_2$   
 34 quae] qua  $\delta$  35 venerit  $\varepsilon \gamma_1$  | tenere  $\gamma_1 \zeta Y$ ; et tenere  $X ma$ ; teneri *cett.*  
 2, 1 dominum  $\varepsilon$  | et *om.  $s_2$*  2 omnes nos  $\delta$

‘Laudate deum’ dicis tu alteri, dicit ipse tibi; cum se omnes exhortantur, omnes faciunt quod hortantur. Sed laudate de totis vobis, id est ut non sola lingua et vox vestra laudet deum, sed et conscientia vestra, vita vestra, facta vestra. Etenim laudamus modo in ecclesia, quando congregamur: cum quisque discedit ad propria, quasi cessat laudare deum. Non cesset bene vivere, et semper laudat deum. Tunc desinis laudare deum, quando a iustitia et ab eo quod illi placet, declinas. Nam si a vita bona numquam declines, lingua tua tacet, vita tua clamat, et aures dei ad cor tuum. Quomodo enim aures nostrae ad voces nostras, sic aures dei ad cogitationes nostras. Non potest autem fieri ut habeat mala facta qui habet bonas cogitationes. Facta enim de cogitatione procedunt, nec quisquam potest aliquid facere, aut ad aliquid faciendum membra movere, nisi primo processerit iussio cogitationis. Quomodo de interiore palatio quidquid iusserit imperator, per imperium Romanum emanat, quidquid videtis agi per provincias – quantus motus fit ad unam iussionem imperatoris intus sedentis! Movet solum ille labia, cum loquitur, et movetur omnis provincia, cum fit quod loquitur –, sic et in unoquoque nostrum intus est imperator, in corde sedet. Si bonus bona

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_i$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   $s_2$   
*K* (*exc.*)  $P_{23}$  *Caes.* *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15}$   $Y X e_3 \omega$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_i$ )  
 6 vestra<sup>1</sup>] *des. K* 12 quomodo ... 15 procedunt] *cf. Prosp. lib. sent. 81 (cc 68A, p. 276)* 13 non] *inc. K*

---

3 dominum  $V_2 U An_4 P_6 X ma$  | dicit  $s_2$  | se] te  $\pi$  5 vobis  $s_2$  (vobiscum  $s_2$  *pc.*)  $\gamma_1 \zeta ma$ ; votis *cett.* | solum  $\delta s_2 \varepsilon \zeta P_{23} C_1^2$  *Caes.* 6 vita vestra *om. s\_2* facta] et *praem. s\_2 pc.* 8 cessat] -et  $\delta$  | non] sed *praem. s\_2* | et] sicque  $s_2 pc.$  9 desines  $C_1 P_7$ ; desinit  $\delta$  | deum laudare *tr. U \varepsilon P\_{23} T* | deum<sup>2</sup> *om. \delta* 11 declinas  $\varepsilon T$  | tacet] et *add. U* | tua<sup>2</sup> *om. s\_2* 12 quomodo] quando  $\delta$  13 domini  $\alpha$  | autem potest *tr. U* 14 cogitationes bonas *tr. \delta UK* | enim] autem  $\alpha$  15 ad *om. H\_1 K* 16 primo] prius  $\delta$  | precesserit  $\pi \zeta P_{23} So_1 ma$  17 interiori  $X ma$  18 post quidquid *aliquid* (e. g. dixerit *vel* voluerit) *excidisse indicavit Primmer* 19 provinciam  $\pi$  20 ille solum *tr. Caes.* | ille  $U \zeta C_1^2 P_{15}$ ; illa  $C_1 P_7$ ; illi  $\delta N C_1^1 P_{23}$ ; *om. \alpha* | labia cum] labium quod  $\alpha$  | et ... loquitur *om. s\_2* 22 nostrum *Caes. lo*; eorum  $\delta$ ; hominum  $T ma$ ; horum *cett.*

iubet, et bona fiunt. Si malus mala iubet, et mala fiunt. Cum ibi  
 sedet Christus, quid potest iubere, nisi bona? Cum possidet dia-  
 25 bolus, quid potest iubere, nisi mala? In tuo autem arbitrio deus  
 esse voluit cui pares locum, deo an diabolo. Cum paraveris, qui  
 possidebit, ipse imperabit. Ergo, fratres, non tantum ad sonum  
 attendite: cum laudatis deum, toti laudate; cantet vox, cantet vita,  
 mi 1939 cantent facta. Etsi est adhuc gemitus, tribulatio, tentatio, spera  
 30 transitura omnia, et illum venturum diem quo sine defectu lau-  
 dabimus.

Ecce iste psalmus, quoniam manifestus est, currendus est  
 nobis. Distribuit enim universam creaturam laudantem deum, et  
 tamquam hortatur ut laudet, quasi invenerit tacentem.

cc 2167 (3.) LAUDATE DOMINUM DE CAELIS. Quasi invenerit tacen- v. 1  
 tes in caelis laudem domini, exhortatur ut surgant et laudent.  
 Numquam caelestia laudes conditoris sui tacuerunt, numquam  
 terrestria deum laudare cessarunt. Sed plane sunt quaedam quae  
 5 habent spiritum laudandi deum in eo affectu quo eis placet deus.  
 Nemo enim laudat, nisi quod ei placet. Sunt autem alia quae spi-  
 ritum vitae et intellectum ad laudandum deum non habent, sed  
 quia et ipsa bona sunt, et in ordine suo integre disposita, et ad  
 pulchritudinem universitatis referuntur, quam condidit deus, ipsa

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   $s_2$   
*K* (*exc.*)  $P_{23}$  *Caes.* *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 28 *vita*] *des. K* 30 *defectu*] *des. s\_2* | *laudabimus*] *des. Caes.* 32 *ecce*] *inc. K*  
 3, 4 *cessarunt*] *des. K*

---

23 *et*<sup>1</sup>  $\varepsilon \gamma_1 \zeta$  *Caes.*; *om. cett. ma* | *mala iubet om.  $\pi X$*  | *et*<sup>2</sup>  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23}$  *Caes.*;  
*om. cett. ma* 24 *potest iubere*] *iubet s\_2* | *sedit  $\delta$*  26 *esse*] *te praem.  $\lambda \varepsilon P_{23}$*   
*T* | *esse voluit*] *posuit Caes.* | *diabolo*] *ipsi servies cui cogitando et operando*  
*exibueris add. s\_2 pc.* | *quod  $\varepsilon \gamma_1$*  27 *imperavit  $\gamma_1$*  28 *cum*] *quando s\_2* | *vita*]  
*et praem.  $\varepsilon \gamma_1 T$* ; *cantet conscientia add. s\_2* 29 *sperat  $H_1 \varepsilon P_{23}$* ; *sperate lo ma*  
 30 *quo*] *in praem. Caes.* | *laudamus  $C_1 P_7$* ; *laudavimus  $\varepsilon$*  32 *ipse  $P_{23} Y$* ; *om.*  
 $\alpha$  34 *inveniret  $\pi w$*  | *iacentem  $\delta$*  3, 1 *inveniret  $\pi$*  2 *dei  $\alpha$*  | *exhortatur*]  
*et praem.  $\alpha_2 \delta \varepsilon \gamma_1 T$*  3 *tacuerunt conditoris sui tr.  $\delta$*  5 *quod  $\alpha$*  8 *et*<sup>2</sup> *om.*  
 $C_1 P_7$

quidem per se voce sua et corde suo non laudant deum, sed cum 10  
 ab intelligentibus considerantur, per ipsa laudatur deus, et cum  
 per ipsa laudatur deus, quodammodo et ipsa laudant deum. Verbi  
 gratia, laudant deum in caelo omnia quae habent spiritum vitae,  
 et intellectum purum ad eum contemplantum et sine defectu et  
 fastidio diligendum. Laudant autem deum in terra per intellec- 15  
 tum discernendi bonum et malum, et per intellectum cognos-  
 cendi creatorem et creaturam, homines qui ista cogitant, et qui-  
 bus tribuit dominus mentem discernendi ista, delectandi atque  
 laudandi. Homines possunt. Pecora numquid habent huiusmodi  
 intellectum? Si haberent huiusmodi intellectum pecora, non 20  
 nobis diceret deus: *Nolite esse sicut equus et mulus, quibus non est  
 intellectus*. Quando hortatur nos ut non simus sicut pecora, sine  
 intellectu, ostendit nobis quia homini tribuit intellectum ad lau-  
 dandum deum. Arbores numquid vel vitam ipsam habent, qua  
 sentiant sicut pecora? Nam pecora, etsi sensum interiorum ratio- 25  
 nalem et mentem discernentem atque intelligentem non habent,  
 quam homo habet, ut laudent deum, habent tamen vitam – mani-  
 festa est, novimus – appetendi cibum, utilia sumendi, noxia re-  
 spuendi, sensus corporalia discernendi: visum ad colores, audi-  
 tum ad voces, olfactum ad odores, gustatum ad sapes, motus 30  
 vel ad voluptatem vel a molestiis. Intellegimus haec et videmus  
 ante oculos nostros: non habent rationem intellegendi, sed

---

3, 21sq. Ps. 31,9

---

$\pi$ :  $\alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1)$   $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   $P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1)$

---

11 et ... deus *om.*  $\alpha$  13 caelis  $\pi \varepsilon \zeta P_{23}$  14 fastidio et defectu *tr. lo ma*  
 16 et<sup>2</sup> *om.*  $\gamma_1 ma$  17 creaturam et creatorem *tr. lo ma* | hominis  $\varepsilon$  | et<sup>2</sup>  
*om.*  $C_1 P_7 ma$  18 tribuit] dedit  $\delta$  | deus  $\pi P_{23} P_6$  24 vita ipsa  $\delta$  26 intelle-  
 gentem atque discernentem *tr. lo ma* 27 manifesta est] manifesta enim est  
 $\zeta$ ; manifestam  $P_{23} X ma$  28 novimus] sicut omnes *praem. lo ma* 30 mo-  
 tum  $\alpha$  31 voluptates  $U \varepsilon \zeta ma$  | ad molestias  $\alpha \zeta P_{15} X$

habent spiritum corporis animati et vitam manifestam. Arbores  
autem nec ipsam habent, et tamen omnia laudant deum. Quare  
35 laudant deum? Quia cum ista videmus, et consideramus creato-  
rem qui ea fecit, de illis nascitur in nobis laus dei; et cum ipso-  
rum consideratione laudatur deus, omnia laudant deum.

Coepit ergo iste de caelo: laudant omnia, et dicit LAUDATE.  
Quare, cum laudent, dicit LAUDATE? Quia delectatus est in eo  
40 quod laudabant, et placuit ei quasi adiungere hortationem suam;  
cc 2168 quomodo si venias ad homines bonum aliquid operantes cum  
mi 1940 gaudio sive in vinea sive in messe sive in aliqua agricultura, placet  
tibi quod faciunt, et dicis: 'Facite, agite', non ut tunc incipiant  
facere quando dicis, sed quia placet tibi quod facientes inveneris,  
45 adiungis gratulationem et exhortationem tuam. Dicendo enim:  
'Facite', exhortando facientes, voto quasi facis cum illis. In hac  
ergo exhortatione plenus spiritu propheta dicit haec.

(4.) Et psalmus est AGGAEI ET ZACHARIAE: sic habet titu-  
lum. Isti duo prophetae, eo tempore quo captivus populus in  
Babylonia tenebatur, prophetabant iam futurum finem captivita-  
tis, ut restauraretur civitas Ierusalem, quae bello ceciderat. Signi-  
5 ficaverunt ergo nobis in mysterio vitam futuram, ubi laudabimus  
deum post captivitatem vitae praesentis, ubi erit innovatio civita-  
tis illius magnae Ierusalem, unde peregrini suspiramus, captivati  
adhuc sub onere et sarcina corporis mortalis: unde adhuc gemi-

4, 2-7 isti ... Ierusalem] cf. 1 Esdr. 5,1.2; 6,14

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $U$   $f_3$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $s_2$   $K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
39 quare] *inc.*  $K$  45 tuam] *des.*  $K$  46 in] *inc.*  $K$  4, 6 praesentis] *des.*  $K$   
7 peregrini] *inc.*  $f_3$   $s_2$

36 qui ea] quia  $H_1$  (*ac.*)  $U$ ; quid  $\alpha$  41 aliquod  $P_6$  *ma* 42 aliqua *om.*  $\pi$   
43 tibi *om.*  $\alpha$  46 exhortando] et *praem.*  $\alpha$   $U$   $\varepsilon$   $\zeta$   $Y$   $X$   $C_1^2$  *ma* 4, 2 tene-  
batur in Babylonia *tr.*  $X$  *ma* 3 teneretur  $\delta$  6 post] postea  $\delta$  | erat  $\delta$   $C_1$   
7 magni  $N$   $P_{23}$ ,  $Y$  (*ac.*) | captivatio  $\alpha$ ; captivitate  $\varepsilon$   $\gamma_1$

mus in peregrinatione, exultabimus autem in patria. Qui autem  
 non gemit peregrinus, non gaudebit civis, quia desiderium non  
 est in illo. Prophetæ ergo isti sancti magnam consolationem  
 præbuerunt tunc captivo populo secundum carnem, id est con-  
 stituto in Babylonia sub regibus alienigenis. Ostendebant enim  
 per prophetiam futurum tempus liberationis a captivitate, instau-  
 rationis Ierusalem. Sed illa omnia in figura gesta sunt, habent  
 veritatem suam; figurata sunt in antiquis: præsentia ostenduntur  
 in nobis. Modo ergo quid dicit apostolus? *Quamdiu sumus in*  
*corpore, peregrinamur a domino.* Nondum sumus in patria.  
 Quando erimus in patria? Quando triumphabimus devicto ini-  
 mico diabolo, quando *mors novissima inimica destruetur; tunc fiet*  
*sermo qui scriptus est: absorpta est mors in victoriam. Ubi est, mors,*  
*contentio tua? Ubi est, mors, aculeus tuus?* Quando ergo nulla erit  
 mortis contentio, quæ modo est, et facit nos gemere ex defectu  
 et mutabilitate rerum, ex fragilitate carnis humanae. Contendunt  
 nobiscum quotidie tentationes, contendunt quotidie delectationes:  
 etsi non consentimus, tamen molestiam patimur, et contendi-  
 mus, et magnum periculum est ne qui contendit vincatur. Si  
 autem non consentiendo vincimus, molestiam tamen patimur  
 resistendo delectationibus. Non cessat, et non moritur hostis, nisi  
 in resurrectione mortuorum. Sed præsumamus, fidamus: erigunt  
 nos Aggaeus et Zacharias, cantant futuram liberationem nostram.

15 in figura] cf. 1 Cor. 10,6 17sq. 2 Cor. 5,6 20–22 1 Cor. 15,26.54.55

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $s_2 K$  (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 11 illo] *des. s\_2* 17 dicit] *inc. s\_2*

12 captivato  $X ma$  16 in] ab  $\gamma_1 P_{23} Y$  17 nobis] novis *Weidmann* | dicit]  
 enim *add. s\_2* 19 quando<sup>1</sup> ... patria *om. \alpha* | triumphavimus  $C_1 P_7$  20 fiat  
 $C_1 P_7$  21 victoria  $\varepsilon C_1 P_7 P_{23} T$  24 mobilitate  $\varepsilon$  26 consentiamus  $An_4 \gamma_1$   
 $P_6 ma$ ; sentimus  $\delta N$  27 et magnum] magnumque  $\alpha$  | vincatur  $f_3 al.$ ; vinca-  
 mus  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} ma$  28 non *om. s\_2* | patitur  $C_1 P_7$

Si illi populo cantaverunt, et impletum est, Christiano populo  
 quod cantatur, non implebitur? Securi estote. Tantummodo in  
 cc 2169 ista peregrinatione vitae quomodo agatis, videte. Non vobis pla-  
 ceat amor Babyloniae, ne obliviscamini civitatem Ierusalem. Etsi  
 35 corpus vestrum adhuc in Babylonia tenetur, cor vestrum ad Ieru-  
 salem praemittatur. Laudate ergo tota creatura dominum, quia  
 hoc ibi facturi sumus, quod hic praemeditamur.

mi 1941 (5.) LAUDATE DOMINUM DE CAELIS, LAUDATE EUM IN EX-  
 CELSIS. Primo DE CAELIS dicit, postea de terra: laudatur enim  
 deus qui fecit caelum et terram. Caelestia tranquilla sunt, pacata  
 sunt; ibi semper gaudium, nulla mors, nulla aegritudo, nulla  
 5 molestia. Laudant deum beati. Nos autem iusum adhuc sumus,  
 sed cum cogitamus quomodo ibi laudetur deus, cor ibi habeamus,  
 et non sine causa audiamus: *Sursum cor*. Levemus cor sursum, ne  
 putrescat in terra, quoniam placet nobis quod ibi agunt angeli.  
 Modo nos spe, postea re, cum illuc venerimus. LAUDATE ergo  
 10 EUM IN EXCELSIS.

(6.) LAUDATE EUM OMNES ANGELI EIUS, LAUDATE EUM v. 2-4  
 OMNES VIRTUTES EIUS. LAUDATE EUM SOL ET LUNA, LAUDATE

5, 3 qui ... terram] cf. Gen. 1,1

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $s_2 K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 37 praemittatur] *des. s\_2* | laudate] *inc. K* 5, 3 terram] *des. K* 4 ibi] *inc. s\_2*  
 9 venerimus] *des. s\_2* 6, 1 laudate!] *inc. K*

32 si] *sed*  $\alpha P_{23} Y$  | populo christiano  $\delta$  33 implebitur] implebitur sane  
*add. P\_{23} Y* 34 agitis  $\pi$  | nobis  $C_1 P_7$  35 civitatis  $\delta$  37 permittatur  $\delta$   
 laudate  $\gamma_1 K$ ; \*laudat  $\delta U C_1^2 Y$ ; laudet  $\alpha \varepsilon \zeta P_{23} X ma$  38 futuri  $V_2 FF_2$   
 5, 4 ibi] ubi  $s_2$  5 laudant] semper *praem. X ma*; laudent  $\gamma_1$  | iusum adhuc]  
 in imo adhuc  $\alpha$ ; adhuc iussi *tr. \gamma\_1*; adhuc iusum  $P_6 X ma$  6 cum] si  $\alpha$   
 habemus  $\lambda$  7 audimus  $\lambda$  | \*susum *bis U s\_2* | cor<sup>1</sup>] corda *X ma* | sursum cor  
*tr. \delta P\_{23} Y* 8 putrescamus  $\gamma_1$  | terra] deorsum *add. s\_2* | placent  $\varepsilon \gamma_1$  9 re  
 cum] secum  $A$ ; secunda  $H_1$  | cum] *sed praem. \varepsilon \zeta P\_{23} Y C\_1^2* | illuc] illa  $C_1$   
 (*ac.*); ad illa  $P_7$  | veneremus  $s_2$



EUM OMNES STELLAE ET LUMEN. LAUDATE EUM CAELI CAELORUM, ET AQUAE QUAE SUPER CAELOS SUNT, LAUDENT NOMEN DOMINI. Quando explicat omnia numerando? Sed tamen summatim quasi omnia perstrinxit, et conclusit omnia caelestia laudantia creatorem suum. 5

v. 5 (7.) Et quasi diceretur ei: ‘Quare illum laudant? quid illi debent? quid illis contulit ut laudent eum?’, sequitur: QUONIAM IPSE DIXIT, ET FACTA SUNT; IPSE MANDAVIT, ET CREATA SUNT. Non mirum si opera laudant operatorem, non mirum est si facta laudant factorem, non mirum si creatura laudat creatorem. Ibi et 5 Christus nominatus est, et quasi non audivimus nomen ipsius. Quis est Christus? *In principio erat verbum, et verbum erat apud deum, et deus erat verbum: hoc erat in principio apud deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil.* Per quid facta sunt? Per verbum. Quomodo hic ostendit quia per verbum facta 10 sunt? IPSE DIXIT, ET FACTA SUNT; IPSE MANDAVIT, ET CREATA SUNT. Nemo dicit, nemo mandat, nisi verbo.

v. 6 (8.) STATUIT EA IN SAECULUM ET IN SAECULUM SAECULI: omnia caelestia, omnia superiora, virtutes omnes atque angelos, civitatem quandam supernam, bonam, sanctam, beatam, unde quoniam peregrinamur, miseri adhuc sumus, et quo redituri, in

---

7, 7–9 Ioh. 1,1–3

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T s_2 K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) 7 creatorum] *des.*  $f_3$  7, 5 factorem] *des.*  $K$  8, 1 statuit] *inc.*  $K$  2 superiora] *des.*  $K$

---

6, 4 sunt super caelos *tr.*  $\delta$  6 quasi] et *praem.*  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y P_6 ma$   
 7, 1 laudant *om.*  $\delta$  4 laudent  $H_1 K w$  5 creatura] creata  $\alpha$ ; creaturae  $\zeta$   
 laudat] laudent  $K$ ; laudet  $U$ ; laudant  $\alpha C_1$  (*ac.*) 7 qui  $\pi \varepsilon P_{23} Y$  12 nemo  
 dicit *om.*  $U Y P_{15}$  | mandat] mandavit  $\delta$  | verbum  $\delta$  8, 2 angeli  $\pi$

5 spe beati, et quo cum redierimus, in re beati. STATUIT EA IN SAE-  
CULUM ET IN SAECULUM SAECULI.

cc 2170

**PRAECEPTUM POSUIT, ET NON PRAETERIBIT.** Quale prae-  
ceptum putatis habere caelestia et angelos sanctos? Quale prae-  
ceptum illis dedit deus? Quale, nisi ut laudent illum? Beati quo-  
10 rum hoc est negotium, laudare deum. Non arant, non seminant,  
non molunt, non coquent: opera enim sunt ista necessitatis; ibi  
necessitas non est. Non furantur, non depraedantur, non adulte-  
rantur: opera enim sunt ista iniquitatis; ibi iniquitas non est. Non  
frangunt panem esurienti, non vestiunt nudum, non suscipiunt  
15 peregrinum, non visitant aegrotum, non concordant litigiosum,  
non sepeliunt mortuum: opera enim sunt ista misericordiae; ibi  
nulla miseria est in qua fiat misericordia. O beati! Putamus, eri-  
mus nos sic. Eia, suspiremus, de suspirio gemamus. Et quid  
sumus, ut illud simus? Mortales, proiecti, abiecti, terra, cinis. Sed  
mi 1942 qui promisit omnipotens est. Si ad nos attendamus, quid sumus?  
Si ad illum, deus est, omnipotens est. Non est facturum angelum  
ex homine, qui fecit hominem ex nihilo? Aut vero pro minimo  
habet deus hominem, propter quem mori voluit unicum suum?  
Attendamus ad indicium dilectionis. Promissionis dei tales arrhas  
25 accepimus: tenemus mortem Christi, tenemus sanguinem Chri-  
sti. Quis mortuus est? Unicus. Pro quibus mortuus est? Utinam

8, 19 terra, cinis] cf. Gen. 18,27

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   
 $K$  (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
7 praeceptum<sup>1</sup>] *inc. K* 8 caelestia] *des. K* 9 quale] *inc. K* 10 deum] *des. K*  
17 o ... 25 Christi<sup>2</sup>] *Ps. Aug. 845* 18 eia] *inc. f\_3*

5 et ... beati *om. f\_3* 9 dedit illis *tr. T ma* 10 dominum  $U f_3$  11 coquent  $\alpha$   
 $P_{23} X P_6 ma$  18 nos] et *praem. \gamma\_1 P\_6* | ei  $\gamma_1 P_6$  | suspiramus  $\delta$  19 sumus]  
simus  $\gamma_1$  | illud] *illic P\_{23} P\_6*; ibi  $X ma$  | terrae  $C_1 P_7$ ; et *add. X Ps. Aug. ma*  
24 arrhas] *sacras \delta* 26 qui  $C_1 P_7$

pro bonis, utinam pro iustis! Sed quid? *Etenim Christus* ait apostolus *pro impiis mortuus est*. Qui donavit impiis mortem suam, quid servat iustis, nisi vitam suam? Erigat se ergo humana fragilitas, non desperet, non se collidat, non se avertat, non dicat: ‘Non 30 ero’. Qui promisit deus est, et venit ut promitteret, apparuit hominibus, venit suscipere mortem nostram, promittere vitam suam. Venit ad regionem peregrinationis nostrae, accipere hic quod hic abundat: opprobria, flagella, colaphos, contumelias, sputa in faciem, spineam coronam, suspensionem in ligno, 35 crucem, mortem. Haec abundant in regione nostra: ad talia commercia venit. Quid hic dedit? Quid accepit? Dedit exhortationem, dedit doctrinam, dedit remissionem peccatorum, accepit contumelias, mortem, crucem. Attulit nobis de illa regione bona, et in regione nostra pertulit mala. Promisit nobis tamen quod ibi 40 futuri sumus unde venit, et ait: *Pater, volo ut ubi ego sum, et ipsi sint mecum*. Tanta praecessit dilectio! Quia ubi nos eramus, fuit nobiscum, ubi ipse est, erimus cum illo. Quid tibi promisit deus, o homo mortalis? Quia victurus es in aeternum. Non credis? Crede. Plus est iam quod fecit, quam quod promisit. Quid fecit? 45 Mortuus est pro te. Quid promisit? Ut vivas cum illo. Incredibilius est quod mortuus est aeternus quam ut in aeternum vivat mortalis. Iam quod incredibilius est tenemus. Si propter homi-

27sq. Rom. 5,6 34–36 opprobria ... mortem] cf. Matth. 26,67; 27,26.29.-30.35.50 41sq. Ioh. 17,24

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F M c_1$ ) || 29 erigat ... 43 illo] Ps. Aug. 845 44 aeternum] *des. f\_3*

27 iustis] non *add. P\_{23} Y* | quid] est *add. \varepsilon \gamma\_1 P\_6* | etenim *om. C\_1 P\_7* 29 ergo *se tr. ma* | ergo *om. \delta* | humana] et *praem. C\_1 P\_7* 31 quod  $\pi$  33 hic *om. P\_{23} Y* 34 hic *om. \pi* | colaphis contumeliis  $\delta$  | sputa in faciem contumelias *tr. ma* 36 regionem nostram  $\varepsilon$  37 quid?] hic *add. \lambda f\_3 \varepsilon P\_{23} Y X* 39 crucem mortem *tr. \delta* 40 tamen nobis *tr. \alpha \zeta* 41 simus  $\varepsilon ma$  42 ubi] ut  $\alpha$  44 credes  $\pi \varepsilon T$  45 crede *iter. P\_6 ma* | quod iam *tr. \alpha* 46 est *om. \delta*

cc 2171 nem mortuus est deus, non est victurus homo cum deo? Non est  
 50 mortalis victurus in aeternum, propter quem mortuus est qui  
 vivit in aeternum? Sed quomodo mortuus est deus, et unde mor-  
 tuus est deus? Et potest mori deus? Accepit ex te unde moreretur  
 pro te. Non posset mori nisi caro; non posset mori nisi mortale  
 corpus: induit se ubi pro te moreretur, induet te ubi cum illo  
 55 vivas. Ubi se induit mortem? In virginitate matris. Ubi te induet  
 vitam? In aequalitate patris. Elegit hic sibi thalamum castum, ubi  
 coniungeretur sponsus sponsae. *Verbum caro factum est*, ut fieret  
 caput ecclesiae. Verbum enim ipsum non est pars ecclesiae, sed ut  
 esset caput ecclesiae, carnem assumpsit. Quiddam nostrum iam  
 60 sursum est, quod hic accepit, ubi mortuus est, ubi crucifixus est.  
 Iam quaedam primitiae tuae praecesserunt. Dubitas quia secu-  
 turus es?

(9.) Ergo convertat se et ad terrena, quia iam dixit laudes  
 caelestium: LAUDATE DOMINUM DE TERRA. Superius enim unde v. 7  
 coepit? LAUDATE DOMINUM DE CAELIS, et enarravit caelestia.

mi 1943 Modo audi terrestria: DRACONES ET OMNES ABYSSI. Abyssi pro-  
 5 funditates aquarum sunt, maria omnia: nubilosus iste aer ad abys-  
 sum pertinet. Ubi nubes, ubi venti, ubi tempestates, ubi pluvia,  
 coruscationes, tonitrua, grandines, nix, et quidquid vult deus  
 super terras fieri de isto humido et caliginoso aere, totum hoc

---

57 Ioh. 1,14

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 9, 1 ergo] *inc. K*

---

49 est<sup>1</sup> *om.*  $\gamma_1$ ; es  $\delta$  50 victurus mortalis *tr. lo ma* 51 est deus mortuus *tr.*  
 $\gamma_1 P_6$  52 et *om.*  $U \gamma_1$  53 posset<sup>1,2</sup>] possit<sup>1,2</sup>  $\delta C_1 P_7$ ; potest  $Y$  | mortalis  $\pi$   
 55 morte  $\lambda So_1 P_{15} X T ma$  | virginitate] utero  $P_{23} Y$  | induit  $\varepsilon C_1 P_7 T$   
 56 vita  $\lambda So_1 \varepsilon P_{15} X T ma$  | hic *om.*  $\alpha$  | sibi hic *tr. ma* | ubi] sibi  $\delta$   
 58 verbum ... ecclesiae *om.*  $\alpha An_4$  59 quidam nostram  $\delta$  60 \*susum  $U$   
 huc  $\delta$  61 dubitas] et *praem.*  $X ma$  9, 1 et *om.*  $\alpha K$  6 venti] vis *praem.*  $\alpha$   
 pluviae  $\varepsilon \gamma_1 ma$  8 supra  $U K$  | fieri super terras *tr. X ma* | terram  $\lambda$

terrae nomine appellavit, quia nimis mutabile est atque mortale,  
 nisi forte putatis quia pluit sursum stellis. Omnia ista hic fiunt 10  
 prope ad terram. Et aliquando sunt homines in cacuminibus  
 montium, et nubes sub se vident, et fiunt plerumque pluviae, et  
 apparet bene intentis omnia ista, quae perturbato aere concitan-  
 tur, hic fieri in ista mundi parte infima. Propterea ad ista caligi-  
 nosa, id est ad hunc aerem, tamquam ad carcerem, damnatus est 15  
 diabolus, de apparatu superiorum angelorum lapsus cum angelis  
 suis. Nam apostolus hoc de illo dicit: *Secundum principem potesta-  
 tis aeris huius, qui nunc operatur in filiis diffidentiae*. Et alius apo-  
 stolus dicit: *Si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed carce-  
 ribus caliginis inferi retrudens tradidit in iudicio puniendos servari,* 20  
 inferum hoc appellans, quod inferior pars mundi sit. Noli enim  
 cogitare quid accepit diabolus, sed quid perdidit. Omnia ergo ista  
 videtis qualia sunt, mutabilia, turbata, terribilia, corruptibilia;  
 tamen habent locum suum, habent ordinem suum, implent et  
 ipsa universi pulchritudinem pro modo suo, et ideo laudant 25  
 dominum. Conversus ergo ad illa, tamquam exhortans et ipsa,  
 immo exhortans nos, ut eorum consideratione laudemus deum –  
 sic enim laudant deum, cum considerata pariunt laudem dei –,  
 coepit dicere: LAUDATE DOMINUM DE TERRA, DRACONES ET cc 2172  
 OMNES ABYSSI. Dracones circa aquam versantur, de speluncis 30

9, 17sq. Eph. 2,2 19sq. 2 Petr. 2,4

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $NAn_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 9 appellavit] des.  $K$

9 nimis] nivis  $\delta$  10 nisi] si  $\gamma_1$  | sursum pluit tr. lo ma | \*susum  $U$  | stellae  
 $\gamma_1 D$  | fiunt] sunt  $\zeta$  13 apparet  $\delta \gamma_1 P_{23} Y ma$  18 filios  $\pi T$  19 angelis  
 peccantibus deus tr.  $\gamma_1 \zeta$  20 inferni  $\alpha Y ma$  | trudens  $\alpha$  | reservari  $U$   
 21 inferum  $\gamma_1$ ; in infernum  $\delta$ ; \*infernum cett. ma 25 universam  $\alpha \zeta P_{23}$   
 $Y$  | modulo  $P_{23} Y$  | laudent  $C_1 P_7$  26 deum  $\gamma_1 \zeta$  | illam  $\delta \gamma_1$  27 deum]  
 dominum  $P_{23} X ma$

procedunt, feruntur in aere; concitatur propter eos aer. Magna quaedam sunt animantia dracones, maiora non sunt super terram. Propterea inde coepit: DRACONES ET OMNES ABYSSI. Sunt autem speluncae aquarum latentium, unde fontes, unde flumina  
 35 procedunt. Et alia procedunt, ut fluant super terram, alia occulte subter eunt; et totum hoc, atque omnis ista humida natura aquarum simul cum mari et isto infimo aere abyssus vel abyssi vocantur, ibi vivunt dracones et laudant deum. Quid? Putamus quia  
 40 choros faciunt dracones, et laudant deum? Absit! Sed vos considerantes dracones attendite artificem draconum, creatorem draconum; et cum miramini dracones, et dicitis: 'Magnus deus qui haec fecit', dracones laudant deum de vocibus vestris. DRACONES ET OMNES ABYSSI.

(10.) IGNIS, GRANDO, NIX, GLACIES, SPIRITUS TEMPESTATIS, QUAE FACIUNT VERBUM EIUS. Quare hic addidit QUAE FACIUNT VERBUM EIUS? Multi stulti non valentes contemplari et discernere creaturam locis suis et ordine suo, sub nutu et iussu  
 5 dei agentem motus suos, visum est illis quia superiora omnia deus gubernat, inferiora vero despicit, deserit, abicit, ut nec curet ista, mi 1944 nec gubernet, nec regat, sed casibus regantur, quomodo possunt, qua possunt: et movent illos quae dicunt aliquando sibi – sed non dicant tibi, id est ne audiendo consentias quando ista dicunt; blas-

---

$\pi: \alpha (V_2 Mc_1) \delta (A H_1) \quad \lambda: \pi U \quad \varepsilon: N An_4 \quad \gamma_1: C_1 P_7 So_1 \quad \zeta: P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2 (= F_2 F Mc_1) \parallel 38$  quid] inc.  $K \quad 10, 3$  eius] des.  $K$

---

31 aera  $X ma$  | aer concitatur propter eos tr.  $A$  | aer propter eos tr.  $H_1$   
 33 inde coepit] deinceps  $\delta$  | coepit] dicere add.  $ma$  35 et alia procedunt  
 om.  $\pi w$  | ut] et  $\delta$  | occulta  $\pi \varepsilon \zeta P_{23} Y w$  36 super  $\delta F w$  37 abyssus]  
 nom. pl., cf. en. 134,16,23 38 ubi  $\varepsilon \gamma_1 \zeta P_{23} Y ma$  39 chorus  $\delta K$  | absit]  
 abyssi  $\delta \varepsilon$  41 dicetis  $\delta$  42 de om.  $A w$  | nostris  $\delta w$  10, 3 volentes  $\gamma_1$   
 4 suis] vi  $\alpha$ ; sui  $\delta$  5 visus  $\delta$  6 abicit deserit tr.  $X ma$  | curat  $\delta$  8 movet  
 $\gamma_1$  | quae] qui  $P_{23} Y$  9 ne] non  $\delta$  | blasphemia] blasphema  $U So_1 X P_6 ma$ ;  
 blasphemiae  $P_{23} Y$

phemia enim sunt et execrabilia deo –: ‘Si deus plueret, numquid 10  
 plueret in mare? Qualis, inquit, providentia? Getulia sitit, et  
 mare compluitur’. Acute sibi videntur tractare; quibus hoc dicen-  
 dum est: ‘Getulia vel sitit, tu nec sitis. Bonum enim erat ut dice-  
 res deo: *Anima mea velut terra sine aqua tibi*’. Quod alio loco  
 aperte dicitur: *Sitioit tibi anima mea, quam multipliciter tibi et 15*  
*caro mea*. Et dominus in evangelio: *Beati qui esuriunt et sitiunt*  
*iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur*. Iste enim iam saturatus est,  
 qui talia disputat, quasi doctus sibi videtur, nec vult discere; ideo  
 non sitit. Nam si sitiret, vellet discere, et inveniret quia totum dei  
 providentia fit in terra, et miraretur disposita etiam membra puli- 20  
 cis. Attendat caritas vestra. Quis disposuit membra pulicis et culi-  
 cis, ut habeant ordinem suum, habeant vitam suam, habeant  
 motum suum? Unam bestiolam brevem, minutissimam considera  
 quam volueris. Si consideres ordinem membrorum ipsius, et  
 animationem vitae qua movetur, ut pro se fugit mortem, amat cc 2173  
 vitam, appetit voluptates, devitat molestias, exserit sensus diver-  
 sos, viget in motu congruo sibi! Quis dedit aculeum culici, quo  
 sanguinem sugat? Quam tenuis fistula est qua sorbet! Quis dispo-  
 suit ista? Quis fecit ista? Expavescis in minimis? Lauda magnum.  
 Hoc itaque tenete, fratres mei; nemo vos de fide excutiat sanam 30  
 doctrinam. Qui fecit in caelo angelum, ipse fecit in terra vermicu-

10, 14 Ps. 142,6 15sq. Ps. 62,2 16sq. Matth. 5,6

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

10 deus plueret] deo placuerit  $\delta$ ; deus placuerit  $C_1 P_7$  | numquid] numquam  
 $H_1$  ( $A Imp$ ) 11 plueret] pluerit  $C_1 P_7$  | mare] mari  $\gamma_1$  | qualis] igitur  $add.$   
 $P_{23} Y$  | inquit  $\delta$  12 hoc  $om.$   $C_1 P_7$  | dicendum est hoc  $tr.$   $T ma$  13 nec] ne  
 $\varepsilon \gamma_1 \zeta$  | sitis] sitires  $\varepsilon \zeta$  14 velut] sicut  $V_2 U$  15 anima mea tibi  $tr.$   $C_1 P_7$   
 18 sibi doctus  $tr.$   $P_6 ma$  21 attendat ... pulicis  $om.$   $\alpha$  25 ut] et  $\lambda P_{23} Y T$   
 pro se] pro posse  $\zeta$  | fugiat  $\varepsilon \gamma_1 P_6$  26 voluntates  $\pi \varepsilon$  | exserit] exigeret  $\delta$   
 27 motum congruum  $\delta$  | culicis  $\delta An_4 P_{23} Y$  28 sorbit  $\delta$  29 magna  $\pi$   
 30 vobis  $U \gamma_1 \zeta$  | sana doctrina  $\delta$ ; a sana doctrina  $\alpha$ ; et de sana doctrina  $X ma$

lum, sed angelum in caelo pro habitatione caelesti, vermiculum  
 in terra pro habitatione terrestri. Numquid angelum fecit repere  
 in caeno, et vermiculum in caelo? Distribuit sedibus habitatores,  
 35 incorruptionem incorruptis dedit sedibus, corruptibilia corrupti-  
 bilibus locis. Totum attende, totum lauda. Qui ergo disposuit  
 membra vermiculi, non gubernat nubes? Et quare in mare pluit?  
 Quasi non sint in mari, qui alantur pluvia, quasi non ibi fecit  
 pisces, quasi non ibi fecit animalia. Attendite quomodo currunt  
 40 pisces ad aquam dulcem. 'Et quare, inquit, pisci pluit, et mihi  
 aliquando non pluit?' Ut cogites te in regione esse deserti, et in  
 peregrinatione vitae, et amarescat tibi vita praesens, ut futuram  
 desideres, aut ut flagelleris et corripiaris et corrigaris. Quomodo  
 autem distribuit propria regionum? Ecce, quia de Getulia locuti  
 45 sumus, pluit hic prope omni anno, et omni anno dat frumentum;  
 servari hic frumentum non potest, cito corrumpitur, quia omni  
 anno datur; ibi, quia raro, et multum datur et diu servatur. Sed  
 forte putas quia ibi deserit deus homines, aut non ibi secundum  
 iucunditatem suam et laudant et glorificant deum? Apprehende  
 50 inde Getulum, pone inter istas arbores amoenas: fugere hinc vult,  
 mi 1945 et redire ad nuda Getuliae. Omnibus ergo deus locis, regionibus,  
 temporibus, sua quaeque distribuit et ordinavit. Et longum est  
 commemorare diligentiolem considerationem omnium rerum.

---

44-47 cf. en. 143,3,43sq. terra ista Getuliae fert sexagenum ... Numidia fert  
 denum

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   $P_{23}$   
 lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

---

32 habitudine  $\pi \varepsilon$  | caelestium  $P_{23} Y$  35 sedibus dedit *tr. lo ma* 37 et *om.*  
 $C_1 P_7$  | quare] quasi  $\delta$  | mari  $\delta P_{23}$  38 sunt  $A U \gamma_1$  | qui] quae  $\gamma_1 Y P_6 ma$   
 quasi<sup>2</sup>] quis  $C_1 P_7$  41 regionem  $U An_4 P_{23} Y$  | esse *om.*  $U$  42 futura  $C_1 P_7$   
 43 aut *om.*  $P_{23} Y$  44 propria  $f_3 al.$ ; -iam  $U$  46 corrumpetur  $\delta$  | quia] et  
*praem.*  $\delta$  48 putatis  $\alpha$  | desideret  $\delta$  49 et<sup>1</sup> *om.*  $\alpha$  | dominum  $\gamma_1$  50 getu-  
 lium  $\alpha An_4$  51 ad nuda getulia  $\delta P_7$ ; ad nudam getuliam  $\alpha \varepsilon \zeta ma$   
 omnibus] in *praem.*  $\varepsilon T$ ; ei  $\delta$



Quis illam explicat? Tamen qui oculos habent, multa ibi vident.  
Cum viderint, placent; cum placuerint, laudantur, non tamquam 55  
ipsa, sed ille qui fecit: ita omnia laudabunt deum.

(11.) Haec considerans spiritus prophetiae, cum dixisset:  
IGNIS, GRANDO, NIX, GLACIES, SPIRITUS TEMPESTATIS, quae  
omnia turbata videntur quibusdam stultis, et quasi casibus agitari,  
addidit: QUAE FACIUNT VERBUM EIUS. Non tibi ergo videantur 5  
casibus moveri quae verbo dei in omni motu suo deserviunt.  
Quo vult deus, illuc it ignis, illuc fertur nubes, sive pluviam sive  
nivem sive grandinem portet. Et quare aliquando percutiunt  
montem fulmina, et non percutiunt latronem? Quodcumque  
possum dicere pro captu mentis meae, quantum deus donare  
dignatur – maiores maiora noverint, et amplius intellegant, et det 10  
vobis deus plus sapere quam dico, tamen cum temperantia, sine cc 2174  
superbia –, possum ergo pro modulo meo dicere quare percutiant  
montem, et non percutiant latronem: quia forte adhuc latronis  
conversionem quaerit, et ideo percutitur mons qui non timet, ut  
mutetur homo qui timet. Aliquando et tu, cum das disciplinam,  
terram feris, ut infans expavescat. Et aliquando ferit et quem vult  
hominem. Sed dicis mihi: ‘Ecce caedit innocentiolem, et dimittit  
sceleratorem’. Noli mirari: mors undecumque pio bonum est.  
Unde autem scis illi sceleratiori, si se mutare noluerit, quid poe-  
narum in occulto servetur? Nonne mallent fulmine incendi, 20

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
(*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F M c_1$ )  
11, 2 quae] *inc.*  $K$  8 latronem] *des.*  $K$  13 quia] *inc.*  $K$  16 expavescat] *des.*  
 $K$

---

54 illi  $C_1 P_7$  | quia  $\varepsilon \gamma_1$  56 ita] ista  $\alpha$ ; *om.*  $C_1 P_7$  11, 1 prophetae  $\gamma_1 ma$   
4 videatur  $C_1 P_7 P_6$  5 in *om.*  $\alpha$  6 it  $U f_3 Y P_5 T$ ; id  $P_{15}$ ; lucet  $\pi \varepsilon P_{23} P_6 C_1^2$   
 $S o_1 X w$ ; *om.*  $C_1 P_7 ma$  | pluvias  $\gamma_1$  7 nives  $\gamma_1$  14 qui<sup>1.2</sup>] quia  $\lambda f_3$  15 cum  
tu *tr.*  $\alpha$  16 terram] *trans*  $\delta$  17 caedit] ferit  $\gamma_1 P_6$  | et *om.*  $C_1 P_7$  18 sceler-  
ratorem  $\delta$  | mors *om.*  $C_1 P_7$  | undecumque mors *tr.*  $X ma$  | bona  $X ma$   
19 mutare  $f_3 al.$ ; -ri  $\pi \varepsilon P_{23} Y$  20 servatur  $\gamma_1 P_6$  | incendii  $\delta$

quibus in fine dicitur: *Ite in ignem aeternum?* Opus est ut innocens sis. Quid enim? Malum est mori naufragio, et bonum est mori febre? Sive inde, sive inde moriatur, quaere qualis sit qui moritur, quo post mortem iturus est, non unde de vita exiturus est – quacumque occasione exituri hinc sumus. Quibus exitibus martyres exire meruerunt? Numquid febris, quomodo multi optant ut febre solvantur? Alii uno ictu gladii, alii ignibus, alii bestiis. Et devoraverunt bestiae corpora martyrum, et non timerunt ne perirent corpora ipsorum. Undique enim deus reducet corpora sanctorum suorum, cui capilli nostri numerati sunt. Et quando voluit, tres pueros ab igne liberavit. Numquid ideo Machabaeos in igne deseruit? Illos aperte liberavit, illos occulte coronavit. Novit ergo deus quid agat. Tu time, et bonus esto. Undecumque voluerit ut exeat hinc, paratum te inveniat. Inquilinus enim es, non possessor. Domus locata est tibi, domus ista tibi locata est, non donata; etsi nolis, migrabis; et non eam tali conditione accepisti, ut quasi tempora tibi certa sint. Quid dixit dominus tuus? ‘Quando voluero, cum dixerō: ‘Migra’, paratus esto. Expello te de hospitio, sed dabo domum: *Inquilinus es in terra, eris possessor in caelo*’.

11, 21 Matth. 25,41 30 capilli ... sunt] cf. Matth. 10,30 31 tres ... liberavit] cf. Dan. 3,24.93 32 Machabaeos ... igne] cf. 2 Mach. 7 39 Ps. 118,19

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U f_3$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F M c_1$ )

21 in<sup>1</sup>] sine  $C_1 P_7$  | dicitur in fine *tr.*  $U f_3$  | dicitur  $\delta C_1 P_7$  22 naufragio  $V_2 U f_3 P_{23} Y P_5 ma$ ; in naufragio  $\gamma_1 F$ ; in naufragium  $\delta \varepsilon \zeta$  25 hinc exituri *tr.*  $H_1 \gamma_1 \zeta ma$  26 exire] hinc *add.*  $\alpha$  27 gladius  $\delta$  29 ne] ut  $\alpha$  | unde quae  $\delta$  32 illos<sup>2</sup>] ipsos  $Y ma$  33 novit *om.*  $C_1 P_7$  | ergo] igitur  $ma$  34 hinc *om.*  $\alpha$  35 locata] enim *add.*  $ma$  (*aliter interp.*) | domus *iter.*  $C_1^2 P_6 ma$  36 non<sup>1</sup>  $f_3 al$ ; tibi *praem.*  $U$  37 sibi  $\alpha$  | certa tibi *tr.*  $ma$  | sunt  $H_1 U$  | quid] tibi *add.*  $U$  | dominus] deus *add.*  $\varepsilon \zeta$  39 expelle  $\alpha$  | te *om.*  $\lambda$  | donum  $\delta$  40 possessor eris *tr.*  $\delta$

(12.) Quidquid ergo hic accidit contra voluntatem nostram, noveritis non accidere, nisi de voluntate dei, de providentia ipsius, de ordine ipsius, de nutu ipsius, de legibus ipsius. Etsi nos non intellegimus quid quare fiat, demus hoc providentiae ipsius, quia non fit sine causa, et non blasphemabimus. Cum coeperimus enim disputare de operibus dei – ‘Quare hoc, quare illud?’, et ‘Non debuit sic facere, male fecit hoc’ –, ubi est laus dei? Perdidisti ALLELUIA. Omnia sic considera, quomodo placeas deo, et laudes artificem. Quia si intrares forte in officinam fabri ferrarii, non auderes reprehendere folles, incudes, malleos; \*sed da imperitum hominem nescientem quid quare sit, et omnia reprehendit. Sed si non habeat peritiam artificis, et habeat saltem considerationem hominis, quid sibi dicit? ‘Non sine causa hoc loco folles positi sunt; artifex novit quare, etsi ego non novi’. In officina non audet vituperare fabrum, et audet in hoc mundo reprehendere deum. Ergo, quemadmodum IGNIS, GRANDO, NIX, GLACIES, SPIRITUS TEMPESTATIS FACIUNT VERBUM EIUS, sic omnia quae vanis videntur in rerum natura temere fieri, non faciunt nisi verbum eius, quia non fiunt nisi iussu eius.

v. 9-10 (13.) Deinde dicit, ut dominum laudent: MONTES ET OMNES COLLES, LIGNA FRUCTIFERA ET OMNES CEDRI, BESTIAE ET OMNIA PECORA, REPTILIA ET VOLATILIA PENNATA. Deinde v. 11-12 ad homines: REGES TERRAE ET OMNES POPULI, PRINCIPES ET

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  lectiones selectae:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 12, 1 accidit] *inc. f\_3* 16 ergo] *inc. K*

---

12, 1 accidet  $U f_3$ ; accedit  $\alpha A$  (*ac.*); cecidit  $P_7$  2 accedere  $\alpha$  5 blasphemavimus  $\varepsilon$ ; blasphemamus *ma* | coeperimus enim  $f_3 al.$ ; enim coeperimus *tr. \pi \varepsilon \zeta P\_{23} Y X ma* 10 sed *conieci*; et *codd. (om. U) ma* 11 reprehendet  $U$  12 et *om. \alpha* | saltim  $\delta T$  13 qui  $C_1 P_7$  | dicit sibi *tr. \delta* | folli  $\delta$  15 reprehendere in hoc mundo *tr. X ma* 17 quae *om. U P\_{23} Y T* 18 faciunt ... quia *om. \gamma\_1* 19 iussione  $\delta w$  13, 1 dominum  $f_3 al.$ ; deum  $\pi \varepsilon P_{23} Y$  3 pecora *om. C\_1 P\_7*

5 OMNES IUDICES TERRAE, IUVENES ET VIRGINES, SENIORES CUM IUNIORIBUS LAUDENT NOMEN DOMINI. Explicata est laus de caelo, explicata laus de terra.

(14.) QUONIAM EXALTATUM EST NOMEN EIUS SOLIUS. *v. 13*  
Nemo homo quaerat exaltari nomen suum. Vis exaltari? Illi te subde, qui non potest humiliari: EXALTATUM EST NOMEN EIUS SOLIUS.

(15.) CONFESSIO EIUS IN TERRA ET CAELO. Quid est CON- *v. 14*  
FESSIO EIUS? Qua ipse confitetur? Non, sed qua illum omnia confitentur, omnia clamant. Omnium pulchritudo quodammodo vox eorum est confitentium deum. Clamat caelum deo: ‘Tu me  
5 fecisti, non ego’. Clamat terra: ‘Tu me condidisti, non ego’. Quo- modo clamant ista? Quando considerantur, et hoc invenitur: ex tua consideratione clamant, ex voce tua clamant. CONFESSIO EIUS IN CAELO ET IN TERRA. Attende caelum, pulchrum est; attende  
10 terram, pulchra est; utrumque simul valde pulchrum est. Ipse fecit, ipse regit, ipsius nutu gubernantur, ipse traicit tempora, momenta ipse instaurat per ipsum. Omnia ergo ista laudant illum, sive in statu sive in motu, sive de terra deorsum sive de caelo sursum, sive in vetustate sive in renovatione. Cum vides haec et gaudes, et attolleris in artificem, et invisibilia eius per ea,

15, 14sq. invisibilia ... contueris] *cf.* Rom. 1,20

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2$   $Mc_1$ )  $\delta$  ( $A$   $H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi$   $Uf_3$   $\varepsilon$ :  $N$   $An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1$   $P_7$   $So_1$   $\zeta$ :  $P_6$   $T$   
 $K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D$   $P_3$   $P_5$   $P_{15}$   $Y$   $X$   $e_3$   $w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2$   $F$   $Mc_1$ )  
14, 1 solius] *des.*  $f_3$  15, 8 terra] *des.*  $K$

5 senes  $\varepsilon$   $K$   $\zeta$   $P_{23}$  6 \*explicita  $Uf_3$   $P_{23}$   $Y$  7 explicata] \*explicita  $Uf_3$   $P_{23}$   $Y$ ;  
est *add.*  $\alpha$   $\gamma_1$   $K$   $\zeta$   $P_{23}$  *ma* 14, 1 quia  $\gamma_1$   $P_6$  *ma* 2 homo *om.*  $\alpha$ ; hominum  $K$   
 $X^2$  *ma* | exaltari] exaltare  $C_1$  *ma* 15, 1 in caelo et in terra  $An_4$   $P_{23}$   $YX$   $P_6$ ;  
super caelum et terram  $\gamma_1$ ; in terra et in caelo  $K$   $T$  2 eius] super caelum et  
terram *add.*  $\varepsilon$   $\gamma_1$   $P_{23}$   $P_6$ ; in terra et caelo *ma* | qua<sup>1,2</sup>  $\gamma_1$  *ma*; quia *cett.*; qua<sup>2</sup> *om.*  
 $\varepsilon$  4 deo] deum  $\delta$   $An_4$   $\gamma_1$   $T$  5 condidisti] fecisti  $UP_{15}$  8 in terra et caelo  
*ma* 10 tempora *om.*  $\lambda$   $YP_5$   $X$  11 ipse] ipsa  $\gamma_1$  | ipsum] seipsum *lo ma*;  
instaurat *add.* *lo ma* | laudent  $\zeta$  12 illum] ipsum  $\delta$  | in *bis om.*  $\gamma_1$

quae facta sunt, intellecta contueris: CONFESSIO EIUS IN TERRA ET 15  
 CAELO, id est confiteris ei de rebus terrenis, confiteris de rebus mi 1947  
 caelestibus. Et quia ipse fecit omnia, et melius illo non est ali-  
 quid, quidquid fecit \*infra illum est. Et quidquid in his tibi  
 placet, minus est quam ipse. Non ergo ita tibi placeat quod fecit,  
 ut recedas ab eo qui fecit, sed si amas quod fecit, multo magis cc 2176  
 eum qui fecit. Si pulchra sunt quae fecit, quanto pulchrior est qui  
 fecit? CONFESSIO EIUS IN TERRA ET CAELO.

(16.) ET EXALTABIT CORNU POPULI SUI. Ecce quod pro-  
 phetabant Aggaeus et Zacharias. Modo cornu populi ipsius  
 humile est in trituris, in tribulationibus, in tentationibus, in tun-  
 sione pectorum; quando EXALTABIT CORNU POPULI SUI?  
 Quando venerit ipse dominus, et ortus fuerit sol noster, non iste 5  
 qui oculis videtur, et oritur super bonos et malos, sed de quo dicitur:  
*Vobis qui timetis dominum, orietur sol iustitiae, et sanitas in*  
*pennis eius, et de quo dicturi sunt superbi et impii: Iustitiae lumen*  
*non luxit nobis, et sol non est ortus nobis.* Ipsa erit aestas nostra.  
 Modo fructus per hibernum in radice non apparent; attendis quasi 10  
 aridas arbores per hiemem. Qui non novit videre, aridam putat

---

18 infra illum] *cf. en. 32,2,1,2,35 illum supra te, te infra illum; illum creatorem, te creaturam* 16, 6 oritur ... malos] *cf. Matth. 5,45* 7sq. Mal. 4,2  
 8sq. Sap. 5,6

---

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w, \alpha_2$  (=  $F_2 F M c_1$ ) || 16, 1 et]  
*inc. K* 3 tentationibus] *des. K* 5 quando] *inc. K* | noster] *des. K* 6 de]  
*inc. K* 7 iustitiae] *des. K*

---

15 caelo et terra *tr.  $\delta P_7 P_6$*  16 caelo] in *praem.  $\varepsilon P_7 \zeta P_{23} Y$*  | confiteris<sup>1</sup>] *ei*  
*add. lo ma* 18 infra *coniec. ma in app.* (*cf. app. fontium*); intra *codd., ma* (*i.*  
*t.*) | tibi in his *tr.  $\gamma_1$*  20 multum  $C_1 P_7$  22 in caelo et in terra  $P_{23} Y X P_6$   
 caelo] in *praem.  $\varepsilon T$*  16, 1 exaltavit  $U \varepsilon \zeta Y$  | quid  $\varepsilon P_{23} Y T$  3 humilis  $\varepsilon$   
 4 peccatorum  $C_1 P_7 Y$  | exaltavit  $U N Y$ ; exaltabitur  $\gamma_1 A n_4^2$  7 deum  $T m a$   
 9 aetas  $\delta$  10 in radice *om.  $C_1 P_7$*  | apparet  $\alpha$

- vitem, et forte est iuxta quae vere aruit. Similes sunt ambae per  
hiemem: illa vivit, illa mortua est, sed illius vita et illius mors in  
abscondito est. Aestas procedit, vita illius clarificatur, mors illius  
15 manifestatur; procedit honor foliorum, fecunditas fructuum. Ves-  
titur vitis in facie ex eo quod habet in radice. Ergo modo, fratres,  
tales sumus, quales sunt alii homines: quomodo nascuntur, man-  
ducant, bibunt, vestiuntur, transigunt vitam istam, sic et sancti.  
Aliquando ipsa res decipit homines, et dicunt: 'Ecce quia coepit  
20 esse Christianus, numquid non ei dolet caput?', aut 'Quia Chri-  
stianus est, quid habet plus a me?' O vitis arida, attendis iuxta te  
vitem nudam in hiberno, sed non aridam. Aestas veniet, veniet  
dominus, honor noster, qui latebat in radice; et tunc EXALTABIT  
CORNU POPULI SUI, post captivitatem in qua mortaliter vivimus.  
25 Unde dicit apostolus: *Nolite ante tempus quidquam iudicare, donec  
veniat dominus: et illuminet abscondita tenebrarum, et tunc laus  
erit unicuique a deo.* Sed dicis mihi: 'Ubi est radix mea? Ubi est  
fructus meus?' Si credis, nosti ubi est radix tua. Ibi est enim, ubi  
est fides tua, ubi est spes et caritas tua. Audi apostolum: *Mortui*  
30 *enim estis.* Quasi per hiemem mortui apparebant. Audi quia  
vivunt: *Et vita vestra abscondita est cum Christo in deo.* Ecce ubi  
habes radicem. Quando ergo ornaberis honore? Quando fecunda-

25–27 1 Cor. 4,5 29sq. Col. 3,3 31 Ibid. 3,3

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T$   $P_{23}$   
*lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 w$ ,  $\alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )

12 vitam  $\alpha$  | iuxta est *tr. lo ma* | iuxte  $C_1 P_7$  13 hieme  $U$  | sed *om.*  $C_1 P_7$ ;  
et *add.*  $U$  14 aetas  $\delta$  | procedet  $U$  15 filiorum  $C_1 P_7$  16 faciem  $\delta \varepsilon$   
18 bibunt] vivunt *add.*  $\gamma_1$  19 quia] quis  $C_1 P_7$  | esse coepit *tr.*  $\pi \varepsilon P_{23} Y$   
20 non *om.*  $C_1 P_7$  22 aestas veniet veniet] aestatis vi et veniet  $\delta$ ; aestatis vi  
eveniet  $\alpha$  | veniet<sup>2</sup> *om.*  $\pi$  23 quia  $\gamma_1$  | exaltavit  $\delta$  25 quidquam *om.*  $\lambda \varepsilon X$   
 $T$  | donec *om.*  $P_{23} Y$  26 veniet  $A$  (*ac.*)  $P_{23} Y$  | illuminabit  $Y^2 ma$  28 ibi]  
ubi  $C_1 P_7$  29 spes est *tr.*  $\gamma_1 ma$  30 hiemem] Ieremiam  $\delta$  31 vestra] inquit  
*add.*  $U P_{23} Y^2 T$  | est] inquit *add.*  $\pi \varepsilon P_{23} P_6$  32 ornaveris  $U$  | honore orna-  
veris *tr.*  $X ma$  | fecundaveris  $U C_1 P_7$

beris fructu? Audi illum sequentem: *Cum Christus apparuerit, vita vestra, tunc et vos cum illo apparebitis in gloria.* ET EXALTABIT CORNU POPULI SUI.

(17.) HYMNUS OMNIBUS SANCTIS EIUS. Hymnus scitis quid est? Cantus est cum laude dei. Si laudas deum, et non cantas, non dicis hymnum. Si cantas, et non laudas deum, non dicis hymnum. Si laudas aliud quod non pertinet ad laudem dei, etsi cantando laudes, non dicis hymnum. Hymnus ergo tria ista habet, et cantum et laudem et dei. Laus ergo dei in cantico hymnus dicitur. Quid est ergo HYMNUS OMNIBUS SANCTIS EIUS? Accipiant sancti eius hymnum, dicant sancti eius hymnum, quia hoc est quod accepturi sunt in fine, hymnum sempiternum. Ideo alio loco dicit psalmus: *Sacrificium laudis glorificabit me, et ibi est via qua ostendam illi salutare meum, et Beati qui habitant in domo tua: in saecula saeculorum laudabunt te.* Hoc est HYMNUS OMNIBUS SANCTIS EIUS. Qui sunt sancti eius? FILIIS ISRAEL, POPULO APPROPINQUANTI SIBI. Nemo dicat: ‘Non sum filius Israel’. Ne putetis Iudaeos filios Israel esse, et nos non esse filios Israel! Audeo vobis dicere, fratres mei: illi non sunt, et nos sumus. Audite quare: quia maior est natus secundum spiritum, quam natus secundum carnem. Unde Israel? Ex Abraham, quia Isaac ex Abraham, Israel ex Isaac. Quomodo placuit deo Abraham? *Credi-*

33sq. Col. 3,4 17, 10sq. Ps. 49,23 11sq. Ps. 83,5 19 Rom. 4,3

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N A n_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 S o_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$  (*exc.*)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \omega, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ ) 17, 1 hymnus<sup>1</sup>] *inc.*  $K$  3 hymnum<sup>1</sup>] *des.*  $K$  5 hymnus] *inc.*  $K$  6 dei<sup>1</sup>] *des.*  $K$  7 accipiant] *inc.*  $K$  8 hymnum<sup>1</sup>] *des.*  $K$  | quia] *inc.*  $K$  10 dicit] *des.*  $K$  11 beati] *inc.*  $K$  14 Israel] *des.*  $K$

33 cum] *enim add.*  $\delta$  34 apparebitis cum illo *tr.*  $\pi \zeta ma$  (ipso  $T ma$ ) | gloriam  $\gamma_1$  17, 1 scitis] sanctis  $\pi$  2 et *om.*  $C_1 P_7$  4 aliud] aliquid  $\alpha$  5 laudas  $\varepsilon P_7 T$  6 cantum] canticum  $\delta P_{23} Y$  7 eius sanctis *tr.*  $C_1 P_7$  9 finem  $\gamma_1 P_{23} Y T$  10 glorificavit  $U$  | viam  $C_1 P_7$  11 illis  $\gamma_1 Y$  | salutarem  $C_1 P_7$  13 qui ... eius *om.*  $U$  17 maior] non *add.*  $P_{23} Y$  | quam] sed  $P_{23} Y$

- 20 *dit autem Abraham deo, et deputatum est illi ad iustitiam.* Quisquis imitatus fuerit Abraham, filius est Abraham; quisquis degeneraverit a fide Abraham, perdidit progeniem Abraham. Iudaei degeneraverunt: perdiderunt. Imitati sumus nos: invenimus. Audi quia illi perdiderunt. Quid illis dicit dominus dicentibus: *Filii sumus Abraham?* – ausi sunt ostentare se, et erigere cervicem de nobilitate generis iusti; et quid illis dominus? *Si filii Abrahae essetis, facta Abrahae fecissetis.* Si ergo perdiderunt ipsi quod filii sunt Abrahae, invenimus nos ut filii simus Abrahae. Credendo quippe invenimus quod illi non credendo amiserunt, quia *credidit Abraham deo, et deputatum est illi ad iustitiam.* Et semen Abraham Christus, et in Christo nos sumus; et ex Israel populus, de quo populo Maria, de qua Maria Christus, in quo Christo nos: ergo filii Israel nos. Et quomodo addidit, ut discerneret nos? FILIIS ISRAEL, POPULO APPROPINQUANTI SIBI. Attendite Iudaeos: si propinquant, ipsi sunt. ‘Et forte propinquant’, dicit mihi aliquis; quotidie et ipsi cantant psalmum, et cantant hymnos dei. Non auditis quid eis dixit propheta? *Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me.* Si illorum cor longe est, nostrum autem proximum est, quia credimus, quia speramus, quia diligimus, quia Christo adiuncti sumus, quia membra ipsius facti

24sq. Ioh. 8,33 26sq. Ibid. 8,39 30sq. cf. Gal. 3,16 37sq. Is. 29,13

$\pi$ :  $\alpha$  ( $V_2 Mc_1$ )  $\delta$  ( $A H_1$ )  $\lambda$ :  $\pi U$   $\varepsilon$ :  $N An_4$   $\gamma_1$ :  $C_1 P_7 So_1$   $\zeta$ :  $P_6 T K$   
 (exc.)  $P_{23}$  *lectiones selectae*:  $D P_3 P_5 P_{15} Y X e_3 \tau, \alpha_2$  (=  $F_2 F Mc_1$ )  
 20 quisquis] *inc. K* 22 Abraham<sup>2</sup>] *des. K* 29 credidit] *inc. K* 35 sunt] *des. K*  
 36 non] *inc. K* 40 sumus] *des. K*

20 autem *om. U An\_4* | deo *om.  $\lambda$*  | quisquis] *nam praem.  $P_{23} Y$*   
 21 Abraham<sup>1</sup>] *Abrahae  $\alpha$*  | degeneravit  $\varepsilon$  22 a fide] *de fide  $\delta$ ; fidem  $\gamma_1$*   
 Abraham<sup>2</sup>] *Abrahae  $\alpha$*  24 quia] *quam  $\gamma_1$*  25 Abrahae  *$Y ma$*  | se *om.  $\gamma_1$*   
 28 sumus  $C_1 P_7$  29 amiserant  $\alpha$  30 Abrahae  $\pi \varepsilon \zeta P_{23} Y ma$  31 nos *om.  $C_1 P_7$*   
 32 Christus  $C_1 P_7$  33 nos<sup>1</sup> *om.  $\delta$*  | filii  $\gamma_1$ ; fili  $K$  37 quod  $\delta U$   
 dicit  $U$  | me labiis *tr.  $\gamma_1$*  39 proximum] *cor praem.  $\gamma_1 P_6 ma$*  | est *om.  $U$*   
 credidimus  $\varepsilon C_1 P_7 P_{23}$